



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.  
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo  
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm XXXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)





fixione instantia in causa appellationis, ut non dicatur præfixa instantia, nisi fuerit petiti, & ea fuerit expressè per iudicem præfixa, sicut dicit, & vult statutum in causa principali, quoniam illa uerba in omnibus, & per omnia significant, quod quoad instantiam, & tempus procedendi non sit differentia inter causam pupillorum principalem, & causam appellationis argumentorol. i. cum ibi not. ff. de legatis. 1. & per Angelum. in l. 2. §. firmissus per illum tex. ff. de iure codicillorum. Preterea illud statutum postquam dixit, quod in causis appellationum pupillorum fiat in omnibus, & per omnia secundum quod dictum est supra in causa principali, excipit ab hoc interpositionis appellationum, & carum commissiones, & productiones commissionum, in quibus vult seruari formam, & tempora præfixa à statutis de appellationibus. ergo inferitur, quod quoad modum procedendi, & quoad tempora instantiæ non sunt seruanda statuta generaliter loquentia de modo procedendi in causis appellationum, & de temporibus, infra quæ debent terminari, sed idem seruandū sit, quod supra de causa principali dictum fuit, quia exceptio firmat, & restringit regulam in casibus non exceptatis. l. nam quod liquidè. §. si cui. & ibi Alex. ff. de penul. lega. l. quæritur. §. denique. ff. de fundo in fructu, & habetur per Socinum. in l. 1. §. fuit quasi. ff. ad Trebell. Ex quibus omnibus clarè inferitur, quod etiam in causis appellationum pupillorum, & miserabilium personarum, stante statuto prædicto, non est dare instantiam certam præfixam, nisi hoc fuerit petitum, & index illam præfixerit, ut clarè ex uerbis dicti statuti colligitur. ¶ Nec obstat, quod si in causis appellationum pupillorum, & miserabilium personarum non sit dare instantiam statutorum, secundum quod habetur in statutis de causis appellationum, & consequenter per illud statutum sub rubrica de arbitrio domini Potestatis dicantur limitari statuta de causis appellationum, ut ea in huiusmodi causis locum non habent, tamen per illud non dicantur sublata fatalia à iure communi in causis appellationum præfixa, quæ censentur præfixa etiam in causis pupillorum, & miserabilium personarum, ut colligitur ex iis, quæ habentur per doctores in l. properandum. in fin. C. de iudiciis. & in l. 1. c. si sep. in integrum resti. postul. Et idè in dubio per illud statutum de arbitrio domini Potestatis debent censeri duntaxat sublata instantia statutorum, & non instantia iuris communis, ut ius commune minus lædatur, minusque corrigat, argumèto c. cū dilectus. de consuetud. & c. cū expedit. de elect. 16. cū similib. Et idè cū in casu nostro sit elapsa est instantia iuris communis, cum sit elapsus annus à die interpositæ appellationis iuxta textum. in c. cum sit Romana. de appell. & in authen. ei. qui. & per totum. C. de tē po. appellat. ergo sequitur, quod appellatio dicitur deserta. Quia primo respondetur, quod stante dispositione statuti, quæ equiparat quoad fatalia, & tempora procedendi causam principalem pupillorum, & causam appellationis, sicut instantiæ causæ principalis, nulla facta præfixione, censetur perpetua, ut in dicto statuto. in §. & quia ita. & instantia causæ appellationis, argō eorum, quæ habentur in d. l. 1. ff. de lega. 1. & in c. trālaro. de constitutionib. Secundo respondeo, quod posito, ac etiam concessio, causas appellationis pupillorum saltem habere instantiam iuris communis, & per statutum esse sublata solum tempora à statutis inducta, & non à iure communi, tamen adhuc in casu nostro appellatio non diceretur deserta, nec instantia iuris communi præempta, nam si cū per ipsum appellantem non fuerit, quin iudex pronunciet, illi protestando, salaria instantiæ deponendo, & sæpe aduersarium ad au-

diendum sententiam citando, ut in actis notarij causæ apparet, & sic non fuerit negligens, imò diligens, & potius ex defectu iudicis, uel ex cauillationibus, & exceptionibus, ac cautelis aduersarij contingerit causam non fuisse infra sua tempora terminatam, sequitur ex hoc, quod instantia ipso iure non dicuntur currisse, nec tempora iuris censura dicitur elapsa per ea, quæ scribentes magis communiter uolunt, ut per Antonium, & Philippum de Perugio in c. ex ratione. de appellationib. qui uolunt, quod quando facta, in culpa iudicis, & non culpa appellantis causa appellationis fuit expedita, appellanti tempus ipso iure non currit adeo, quod non est necessarium dari secundum annum per textum. in §. hoc quoque sancimus. in auth. ut sponsal. largi. Abb. verò, & Decius inquit, currere tempus anni, sed quoad effectum non fieri præiudicium ipsi appellanti, quia datur à iure secundum annum. Item quando facta, & culpa appellati, & non appellantis causa appellationis non fuit expedita, tunc tempus anni ipso iure non currit adeo, quod non est necessarium dari secundum annum, ut uolunt domini de Rotā in decisio. 119. quos sequitur Reg. in d. c. ex ratione. & est cōmunis opinio, ut ibi, ergo cum in casu nostro causa non fuerit expedita infra annum, nō ex culpa appellantis, sed potius ex negligentia iudicis, uel ex facto appellati, annus, & primum fatale appellanti ipso iure non currit, uel saltem ei secundus annus dari debet. ¶ Nec his aduersatur id, quod habetur in statuto posito sub rubrica de iudicibus appellat. in §. quibus omnibus. ubi cauetur, quod factis protestationibus iudici, ut causa appellationis debeat terminari, tempora ob protestationes factas ultra instantiā præfixam prolongantur, quibus omnibus temporibus est propter protestationes additis elapsis si causæ nō fuerint terminatæ, sententia in rem iudicatam transire, & cōsequenter instantia deserta dicitur. Quia hoc uerum esse intelligo quoad instantiam à statuto præfixam, ut illa ipso iure, seu quoad effectum dicatur currere, etiam si per iudicem, seu per appellatū steterit, & ita proprie statutum illud loquitur, sed per illud non inducitur, quod stante impedimento à iudice, uel ab appellato causata de iure communi causa appellationis dicatur deserta, & instantia iuris communis perempta, nam si ita intelligeretur, ius commune in hoc quoad instantiam suam per statutum corrigeretur, ut ex prædictis colligitur. Et idè facienda est hæc interpretatio, ut per illud minus, quam fieri possit, ius commune lædatur l. serui uestri. C. de noxalib. c. cum dilectus. ibique Ant. de Butr. de consuetud. & c. cū expedit. de election. in 6. cum similibus. ¶ Non obstat adducta per Alex. in d. consil. 55. volum. 5. & in primis dum dicit, quod ad hoc, ut sit locus prouisioni dicti statuti sub rubrica de arbitrio domini Potestatis, requiritur, quod potestas, & Capitaneus fuerit aditus ut specialis index, & pupillus hoc uoluerit, hoc est declarauerit se uelle, alioquin Potestas censetur potius aditus, ut index generalis ordinarius, quam ut index specialis pupillorum. Item dum dicit, quod ex quo in casu nostro pignora deposita, & presentata fuerit, & instantia prorogata fuit, sequitur, quod partes uoluerunt coram iudice, & Potestate procedere tanquam coram iudice ordinario generali, non autem speciali, nam quando in causis pupillorum coram Potestate tanquam iudice speciali proceditur, non dantur, nec presentantur pignora, nec instantiæ prorogantur, ut in dicto statuto habetur. Quia respondetur, quod prædicta, hoc est, quod Potestas fuerit aditus ut specialis index, ut pupillus uoluerit, & declarauerit se uelle, & hoc ante rursionem, uel post infra viginti dies petitum fuerit, requiruntur quantum ad hoc, ut in causis pupillorum fo-



lum Potestas, uel solus Capitaneus, & nō alius index procedere possit, ut index specialis iuris ordine non seruato, & summarie de plano &c. ut habetur in principio dicti statuti usque ad §. & quia. Sed quantum ad hoc, ut in causis pupillorum certa instantia dicatur præfixa, & tempus certum limitatū, nō requiritur, q̄ Potestas, uel Capitaneus fuerit aditus tāquam index specialis, nec quod hoc fuerit petitū, ut supra, sed sufficit, quod petitum fuerit in principio, siue quando cū que durante iudicio, quod instantia certa præfigatur, & iudex illam præfixerit, siue fuerit Potestas, siue Capitaneus, siue quilibet alius index ordinarius, uel delegatus, corā quo causa agitaretur, & siue Potestas fuerit aditus ut specialis iudex, siue ut generalis, ut in d. §. & quia. alioquin si petitum non fuerit, instantiā præfigi, nec expressē fuerit præfixa, tunc causa pupillorū censeretur perpetua, nec certam instantiam haberet, & hoc siue loquamur de causa principali primæ instantiæ, siue de causa appellationis, ut in d. §. & quia. cū §. sequenti. qui loquitur de causa appellationis illā quoad hoc causā principali ædquando, ueluti supra dictum fuit. Nec obstat præsentatio pignorū, & prorogatio instantiæ facta in casu nostro, qm̄ ut plene dictū est per dominum consultorem, hoc necessariō nō arguit, instantiam fuisse præfixam, nam in præfixione instantiæ aliqua requiruntur, quæ tacite ex sola prorogatione non inducuntur, de quibus habetur in d. §. & quia. & latius in consilio dicti domini consulenti, ad quo me remitto. Præterea præsentatio pignorū quāuis arguat, & demonstret, qualiter pupillus Potestatem adire, & quo ordine in sua causa procedi uoluerit, ut dicit Alex. in dicto consilio, & habetur in dicto statuto, tamen ex præsentatione pignorum non arguitur præfixio instantiæ, nec q̄ tempus dicatur limitatū, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. unde legitimi. & l. neque natales. C. de p. batio. Nec obstat, q̄ stylus curiæ semper fuerit in palatiis, quod in causis appellationum pupillorum seruarentur instantiæ, quæ regulariter in aliis causis seruantur. Quoniam ¶ cum aliter sit expressē cautum in dicto statuto, ut supra, non est standum stylo curiæ, qui solum attenditur in ambignis, & arbitrariis, & ubi ex eo iuris correctio non resultaret, ut noluit Alexand. in consil. 36. uol. 2. circa finem. & Francisc. de Cur. in consil. 65. in 17. col. Et ex his cum decisione præfati domini consultoris pertranseo. Laus Deo.

S P M M A E.

- 1 Instantia statutaria subrogatur in locum instantiæ iuris communis, & eius naturam sapit.
- 2 Instantia de iure communi, pendente cognitione, seu appellatione super emergenti non currit.
- Idem de instantia statutaria.
- 3 Instantia ob eius impedimentum suspendi potest etiam in casibus, in quibus factio partium suspendi non potest.
- 4 Instantia ex statuto perempta, nisi causa infra uiginti dies expediat, intelligitur facta deductione illius temporis, quo causa per cognitionem emergentis stetit in suspensio.
- 5 Exceptionibus oppositis quando per processum ad ulteriora dicitur renunciatum, & quando non.
- 6 Dilatione pendente officium iudicis quiescit, & in quibus.
- 7 Instantia cause appellationis potest expresso, & tacito consensu partium suspendi, sed non prorogari.
- 8 Rescriptum secundum a parte impetratum absque mentione de approbatione primi rescripti, et de processu in causa secundum formam primi rescripti factio est nullum.
- Et an clausula statum cause & c. sufficiat num. 10.
- 9 Rescriptum approbati dicitur, quando illius uigore, & secundum illius formam coram iudice proceditur.

10 *Clausula statum cause & c. in rescripto apposta an deroganda seu mentionem specialissimam operetur.*  
 11 *Instantia semper in dubio fauendum est, ut non perempta interpretetur.*

E P I T O M E.

Instantiam causæ propter pendentiam dilationis datæ ad opponendum rescripto, & cognitionis alius emergentis, non posse dici peremptam, sed pendente tempore dictæ dilationis, & cognitionis in suspensio stare demonstratur, etiam stante statuto, q̄ causa infra certum tempus expediatur, alioquin instantia sit perempta.

CONSILIVM XXXVI.

**I**N causa Ioannis Baptistæ, omiſſis diſpoſitionibus, & allegationibus, quæ hinc inde fieri poſſent, ſuper dubiis mihi oblatiſſime, prout de iure uerum mihi uidentur, concludat. Et ſuper primo dico, q̄ instantia ſtatutarie pendente cognitione ſuper emergentibus fuit ſuſpenſa, & interim in cauſa principali tempus inſtantiæ iuris communis, & ideo eius natura perire debet. c. eccleſia. il. 2. ut lite pend. l. ſi cum. §. q̄ in iuriarum. ff. ſi quis cautio. Alex. in terminis in con. 24. uolum. 4. in ultima col. & faciunt ea, quæ habentur per canonistas in c. uenerabilis. de iudiciis. Sed ¶ de iure cōi instantia ſtat in ſuſpenſo, ſeu in pendente, & non currit pendente cognitione, ſeu appellatione ſuper emergenti. l. intra uile. & ibi doctores. ff. de minor. habetur in clemen. quādiu de appellatio. c. tuam. ubi caſus. extra de ordin. cogni. & ibi Ant. in l. col. qui concludit per cognitionem exceptionum emergentium, quæ ad differendum opponuntur, ſuſpenſi cognitionem, & instantiam cauſæ, & negotii principalis, & faciunt not. per Bart. in l. i. C. de ordin. iud. ergo idem dicendum eſt de instantia ſtatutaria, quæ ſubrogata eſt in locum instantiæ iuris cōis. Et ſtatutum de appellationibus non impedit instantiam poſſe ſuſpendi, ſed ſolum prorogari, maximè quādo ſuſpenſio eſt ob iuris impedimentum, nam ¶ etiam in caſibus in quibus instantia non poſſet factio partium ſuſpendi, poſſet ob iuris impedimentum ſuſpendi, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Abb. in d. c. uenerabilis. l. uſa. uult cauſam principale, eiusque instantiam in ſuſpenſo ſtare, donec fuerit cognitū de exceptionibus emergentibus, quæ non ad merita, ſed ad proceſſum opponuntur, ut ſupra, ergo &c. Non obſtat etiam ſtatutum uolens, q̄ cauſa infra uiginti dies expediatur, alioquin tamen deductione illius temporis, quo cā per cognitionem emergentis in ſuſpenſo ſtetit, quod tempus non computatur in uiginti diebus datis ad cām terminandam, & ita debet intelligi, ueluti etiam colligitur ex iis, quæ habentur in d. c. uenerabilis. in d. clem. quādiu cum ibi nota. & in authen. ſi tñ. C. de temp. app. ¶ Non obſtat, q̄ ex quo Ioannes Baptiſta poſt appellationem exceptionū, & poſtquam cepit ꝑcedere in exceptionibus emergentibus. ad ulteriora ſup negotio principali proceſſit, v̄ exceptionibus. propoſitis renunciante, cū per proceſſum ad ulteriora ab illis reſciliſſet, arg. tex. cum ibi not. in c. ſuborta. de re iud. c. ex parte. il. 3. cum ibi not. de appell. ¶ Quia reſponſum primo, ¶ illud ꝑcedere in exceptionibus. in eadem quæ opponuntur ad merita cauſæ, ſecus in emergentibus. quæ opponuntur ad proceſſum ad impediendū illam tacita ꝑnūciatio per proceſſum ad ulteriora facta in illis